

Hoc est responsum quod B. lateldentes pastores Johes Wiskius
os: Mengius alii plures per Hermannum Hamelm ipsum vide
pastore Reverendi viri petere a ps Melanctone. C. 1553.
rat: refrendo sua ecclesia. cepit in Hamelm. 2. 12
ren: Evangel. p. 1. 1. 1.
Infer: part 1.

Ad vestram petitionem nostram vobis perscribimus
sententiam in tanta Religionis confusione: Vos omnia
deberi et candidè accipietis. Immensa bonitate deus
patescit se e in genere humano colligit aeternam
ecclesiam misso filio, qui est Verus aeterni Patris, quia
est persona, per quam immediate prolata est ex finis
patris aeterni doctrina Evangelium, per quam inchoatum
est et servatur ministerium Evangelium: Per hanc in-
corruptam doctrinam comprehensam in Scriptis Prophe-
tarum et Apostolorum, et breviter collectam in Symbolis,
verissimè ipse filius Dei est efficax et regenerat credentes
et ostendit aeternum patrem, sicut inquit, nemo novit pa-
trem nisi filius et cui filius velit revelare. De hac vera
et unica doctrina Ecclesiae Dei nota est nobis nostra con-
fessio, in qua Summa doctrinae comprehenditur, et repetita
est confessio in editione Scripti de Ecclesiis Megalburgen-
sibus, cuius exemplum vobis mitto, et de hac confessione
consensum inter vos et nos esse non dubito.

1. Prima autem sit cura rectè docendi et retinendi
consensum in vera doctrina, sicut filius Dei orat, san-
ctifica eos in veritate, sermo tuus veritas, Item fac ut
unum sint in nobis

2. Postea facili est judicare, quae doctrina et qui ritus
pugnent cum vera doctrina et vera invocatione, et te-
nenda est regula, Fugite idola.

3. Quia certissimum est nihil habere rationem Sacra-
menti extra institutum usum, vellem adorationem in re-
servatione et circumgestaltunge propterea omitti: nec cogi-
tetur inclusio corporis in panem extra verum usum, quia
filius Dei est agens liberum et adest et agit sicut insti-
tuit: Id neque Ueig in Conventu Ratisponensi refutare
potuit: Simul autem sunt homines de vera praesentia
filii Dei in manducatione docendi: Ibi verè et substanti-
aliter adest et est efficax in sumente, et manducatio
pignus est, quod non tantum tunc adfit, sed habet in san-
ctis sicut inquit, Ego sum vitis et vos palmites, ego in
eis, quia Verus filius Dei adest verbo vocali, et per id
immediate movet mentes, ostendit patrem et dicit

consolationem ac dat Spiritum Sanctum. De hac praesentia in Ecclesia id est in ipsis sanctis et de regno Dei et Christi: effi enim et Pater aeternus vocat et sanctificat homines, tamen haec fiunt immediate per filium. Noyon efficacem immediate in ministerio: postea tradet regnum Deo et Patri, id est cum Deo se ostendit palam per ministerium.

4. Vellem elevationem panis et reservationem pro, se omitti.

5. De canone Missae: Necessi est omitti Papisticum canonem. Quod vero ante communionem dicitur orationem et gratiarum actionem placet: Ego in libro Regalburgensi, in ea parte, ubi ritus communicationis videlicet in agenda, ut nominatur, complexus sum, Precationem, Gratiarum actionem, confessionem peccatorum, absolutionem et verba fidei applicantis promissionem: quia recte vult fieri Dominus recordationem suorum beneficiorum et invocationem et gratiarum actionem: non vult tantum ritum externum oculis exhiberi, non vult multos gestus esse: potestis inspicere Regalburgensem.

6. De vestitu (Sacerdotali) de Lychnis, de circuito sine invocatione hominum mortuorum, nihil pugno: nec vellem pelli ministror pior propter contentiones de talibus rebus, quarum usum esse liberum et manifestum est: Nec dubito vos populo sapienter declarare distinctionem rerum necessariorum et rituum humanorum.

7. Reditus Sacerdotiorum possideri pie existimo si non conduceret inde Sacerdotes, qui pro vobis impia facra faciunt: nam reditus illi cum sint Ecclesiae, recte a vobis possidentur qui verae Ecclesiae inservitis, ut Georgius Princeps Anholdicus iuste possidebat reditus Sacerdotum sui cum interea propagationem Evangelii et studium fideliter juvaret et non conduceret Sacerdotes impia facra facientes. Idem de parte reddituum sentio: Illi enim proprie debentur beneficia Ecclesiastica, qui scholis et Ecclesiis docendo inserviunt, non otiosis ventribus: Valete
Philippus Melancthon